Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26489
Copyright: Admont, Benediktinerstift

sed nec utilior quidem hominum uite
reperiri ulla possit Que uis est enim
que magis arceat homines ab improbi-
tate omni q̃ si senserint nullum in de-
lictis esse discrimen? eque peccare · sed si
priuatis · ac si magistratibus manus af-
ferant · quam cumq; in domum stupr-
intulerint? eandem labem esse libidinis
Nichil ne igitur interest: nam hoc dicet
aliquis patrem quis enecet · an ne ser-
uum? nuda ista si ponas iudicare qua-
lia sunt facile non possum · Patrem uita
priuare si per se scelus est Saguntini qui
parentes suos liberos emori q̃ seruos uiue-
re maluerunt · patricide fuerunt? Ergo
& parenti non nunq̃ adimi uita sine scele-
re potest & seruo sepe sine iniuria non po-
test · causa igitur hec non natura distingu-
it · que quando ultro accessit id fit per
pensius si in utroq; coniuncta est · paria
fiant necesse est Illud tamen interest